

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johann Daniel Overbeck

**Memoria Vitae Viri Admodvm Reverendi Et Praeclarissimi Iohannis Michaelis  
Schmidt Pastoris Aegidiani ... Litteris Consignata**

Lvbecae: Imprimebat Georgivs Christianvs Green, [1787?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1757081887>

Druck    Freier  Zugang



4°

Noeting  
J.m. Schmidt.

1787.

Jz II-4  
3518.

JZ II  
3518 - 4°

MEMORIA VITAE  
VIRI  
ADMODVM REVERENDI ET  
PRAECLARISSIMI  
IOHANNIS MICHAELIS  
SCHMIDT  
PASTORIS AEGIDIANI  
IN SACRO GREGE TVENDO VIGILANTISSIMI  
MERITISSIMI QVE  
LITTERIS CONSIGNATA  
IOHANNE DANIELE OVERBECK  
GYMNASII LVBECAENSIS RECTORE  
SOCIETATVM TEUTONICARVM GÖTTINGENS. IENENS. ET ALTDORFINAE



(\*) Codice H. 19. 20.  
LVBECAE  
IMPRIMEBAT GEORGIVS CHRISTIANVS GREEN  
MAGNIFICI SENATVS TYPOGRAPHVS.

**V**ocabula nominaque qualiacunque, vel hominibus data, vel imposita rebus, notare, scrutari, et explicare si per se negotium esset leue, vile, contemtum, vituperandi haud sine causa vide-rentur et inter eos omni iure referendi, quos multi hodie saepius ignominioso vocant nomine *Paedantas*, quotquot in primis commendatum sibi studium solent habere linguarum et in interpretandis variis rerum hominumque nominibus insignem operam et industriam collocare. Nunc, quum ipse **D E V S** immortalis ab homine omnium primo, recens a se condito et egregiis instructo ad iudicandum facultatibus, illud specimen sapientiae repetitissime videatur<sup>(1)</sup>, vt nomina bestiis volucribusque naturae harum rerum accommodata imponeret, minimeque vim omnem similem examinandi res et intelligendi posteris illius antiquissimi parentis exemerit, quae potius per omnia linguarum genera sese exserat, aliam longe sententiam ferendam esse cernimus. Latere sane debent in ipsis rerum nominibus ac vocabulis quaedam semina veritatis, debent sapientiae reconditi esse thesauri, si non prorsus infeliter olim sunt philosophi aliquot<sup>(2)</sup> ex nominibus atque verbis res eruere et explicare conati. Quare vel in puerorum subselliis ludisque Grammaticorum **θεῖον** illud atque *diuinum*, quod in omnibus putauit disciplinis esse, reperire potuit, **M O R H O F I V S**<sup>(3)</sup>.

Talia vero si non penitus absurde praedicare de omnibus licet mortalium linguis, quid non exspectandum ab hominibus videtur, quibus non modo naturale **D E V S** lumen illud infudit omniumque commune, sed aliud quoque superans omnem intelligentiam humanam naturaeque vim, exiens vero de sacris litteris et virtute verticordia sese immersus in hominum pectora, caeleste lumen atque naturali illo longe diuinius indidit? Quis non homo pius prosequitur, vt hoc utar, honore quadam praecipuo nomina, quae liberis recens natis a sanctis parentibus, in utroque Sacri Codicis volumine, veteri ac nouo, legimus de industria imposta fuisse? Quis non videt nostrum atque gaudet sibique ac caeteris gratulatur, ad hodiernum usque diem in omni hominum Christianorum societate neminem facile aliis nominibus vocare ex sese procreatos, quam quibus, vel ipse, vel alii dudum de piis maioribus, agnatisque, vel quoque cognatis, amicis, familiaribus, denique de verae religionis minime expertibus, vbi sint? Quae repeti ab hisce nominibus praceptorum potest copia? Quid admonitionum? Quid exempli? Atqui harum nihil est rerum pie sapienterque ponderatarum, quod non iudicandum sit ob ea, quae diximus, **D E I** conforme voluntati, quin cuidam nutui quoque diuino accommodatum.

De hominum hoc valet appellationibus. Rerum iam quoque vocabula quid prohibet attingi? Atque in his praecipue, vt exemplo res clarior fiat, alicuius dierum. Sacrum proxime celebrauimus, quod nomini atque honori **Sancti MICHAELIS** Archangeli erat dicatum. Valeant fabulae, quae prohibent aperire causas, cur initio sit inter dies festos etiam ille numeratus<sup>(4)</sup>. Nam consciit sumus nobis, inter huius diei sollemnia supremo Numini debitas esse pro fideli custodia sanctorum Angelorum gratias, quod more fieri solet anniversario, a nobis persolutas. Nomen autem in memoriam nobis reuocat semper Angelorum illum summum Principem et Archangelum, cui soli contigit τὸ ἱστορικὸν Θεῷ, aequalitas cum **D E O**<sup>(5)</sup>, quam sua interrogandi formula ipsum vocabulum illud **MICHAEL**<sup>(6)</sup>, quis est compar **D E O**? innuit. Hunc enim solum, non alium, in sacris litteris occurrere Archangelum, cum **CHRISTIANO SCHOETTGENIO**<sup>(7)</sup> arbitror. Quamquam enim **JOHANNES CHRISTOPHORVS WOLFIUS** cum aliis, quos ipse nominat<sup>(8)</sup>, huic sententiae existimat aduersari maxime, si non alium locum, illum saltem<sup>(9)</sup>, ubi videtur ipsi vox *Archangeli* diserte a **CHRISTO** Domino in iudicium aduentante distingui, acute tamen monet idem **SCHOETTGENIUS**<sup>(10)</sup>, non ibi distingui vocem eam, sive sonum, a **CHRISTO**, sed potius adscribi eidem breuiterque describi. Ergo, vt in solo, quod sciam, Sacro Codice primum repertum fuit ipsum vocabulum Archangeli Graecum, ita soli, nee enim dubitare possum, hominum Redemptori fuit attributum. Atque ideo, si quid ego iudico, non minus illorum aliquis, qui **Michaēlis**, quam qui nomen **Immanuelis**, a suo forte Baptismo reportarunt, gaudere potest, se suo Seruatori cognominem esse, quod idem tamen bonum, Germanorum quidem in lingua, Christianorum hominum commune est omnium.

Haec vero atque talia cogitata, quae sunt modo ab hominum nominibus et quadam alicuius diei appellatione repetita, non posse summo Numini displicere, quum ob caeteras causas, tum ob ea, quae initio monita fuerunt, certissime mihi persuadeo. Nunc eidem, puto, hoc minus displicebunt, quod aperuimus per ea nobis viam, ad memoriam perpetuandam eius Viri, qui gubernator erat apud nos auditorum suorum, et interpres doctrinae **D E I**, cuius, vt Apostolus vult, intuendus etiam exitus vitae et imitanda erit fides<sup>(11)</sup>. Qui praeterea, vt nomen, sic emortuale quoque diem habuit, **MICHAELIS**. De quo Viro, iam aggrediar statim, quidquid narrare potero, exponere.

Lubecae natus est **JOHANNES MICHAEL SCHMIDT** anno Saeculi huius vicesimo secundo, ante diem duodetricesimum Decembris.

Pater, insignitus eodem nomine, **JOHANNES MICHAEL SCHMIDT**, ac mortuus a. XXXVII. a. d. XXV. Sept., honestissime aluit se suosque mercibus vendendis. Mater autem **ELSABE MARGARETA**, gentili nomine **KAFEN** fuit, pie defuncta die XX. Augusti, anno LXXII.

Aius Paternus, **CHRISTOPHORVS SCHMIDT**, in Pomerania Suecica patriam habuit Wolgastiam, ubi cum fratre natu maiore **MICHAEL** pluribusque quum fratribus, tum sororibus, non modo caeteris usus est communibus fatis, verum bellicas quoque sustinuit communiter calamitates, donec una cum fratre, quem nominauimus, venit Lubecam, et vterque in hac patria noua cum arctissima sanguinis & amoris animorumque coniunctione vinculum colligauit affinitatis, dum eius, quam unus tori sociam elegerat,

<sup>(1)</sup> Genes. II. 19. 20.

<sup>(2)</sup> Ut PLATO in Cratilo et Gorgia, vt Stoici generatim omnes, vt IAMBICHVS in libro de mysteriis Aegyptiorum, caet.

<sup>(3)</sup> Lexic. in N. T. v. Ἀρχαγγέλος.

<sup>(4)</sup> Cur. Philolog. Vol. IV. p. 356. sqq.

<sup>(5)</sup> I Thessal. IV. 16. Vid. WOLFIUS, ubi supra, p. 357.

<sup>(6)</sup> Ibidem. En verba: Christus dicitur venturus εν

<sup>(7)</sup> Vid. CASPARIS CALVOER Rituale Ecclesiast. Part. II. Sect. II. c. 38. p. 336.

<sup>(8)</sup> Πωνὴς ἀρχαγγέλος, cum voce Archangeli, h. e. cum tali sono, qualis ab ipso, qui est summus et princeps Angelorum, provenire potest.

<sup>(9)</sup> Philipp. II. 6. <sup>(10)</sup> מִיכָּאֵל

<sup>(11)</sup> Hebr. XIII. 7.

elegent, alter sororem in matrimonium duxit. Cereuifiae caeteroquin Auus iste coquendae tam feliciter operam dedit et tam eximie virtutis floruit fama et honestatis, ut nemini non ciuum carus esset ac templum Aegidiani aedificiorum praeficeretur procurationi.

Auia Paterna, LVCIA RIEKE patrem coluit HENRICVM et auum nominis eiusdem, proauum vero HANS, id est IOHANNEM, at matrem ANNAM KOLMETZIAM, auiam GERTRYDEM RVSSE, proauiam MARGARETAM.

Maternus Auus HENRICVS KAFEN Ciuium atque Mercatorum Lubecensium suo tempore non ultimus fuit.

Auia materna BARBARA ELISABETÀ inter caetera nituit gentis decora SCHVBARTAE.

Paterni generis Maioribus, de quibus haetenus partim studio, partim obiter, dictum est, neminem possum addere, quia belli luctuosa infortunia memotiam delerunt Wolgastiensium rerum, ut omnino Pomeranarum, plurimarum. Sed licebit recensere saltem gentis aliquot auita nomina Maternae.

Inter genitores enim genitricesque stirpis Maternae fuerunt: Proauorum Proauiarumque primus NICOLAVS KAFEN, quem HENRICVM aliqui vocant, fecit autem nauiculariam, prima MARGARETA, cuius gentile nomen ignoro, secundus IEREMIAS SCHVBARTVS, Ciuium Lubecensium, qui pistoriam tunc temporis artem cum priuilegio exercebant, maximus, secunda BARBARA STERNBERGIA, Abauorum inde Abauiarumque tertius GEORGIVS SCHVBARTVS, qui sub Saxonum Duce Richardsbrunnae, vbi Praefectura Principis nomine administratur, judiciali muneri praefuit, quartus IOHANNES STERNBERGIVS, ciuis et aurifaber Lubecensis, quarta ELISABETA BROCKMANNA, ciue et auri-fabro Lubecensi, LAVENTIO patre, ELISABETA, cuius ignoratur gens, matre nata.

Ipse priuatim domi sub aliquot magistris, qui putabantur idonei ad elementa prima pietatis litterarumque tradenda, aetatis primordia exegit. Anno autem Saeculi XXXV. aetatis XIII. in tertiam Gymnasii datus est classem, in qua per biennium, ut et in secunda, haesit, exinde vero in prima per quinquennium, doctores videlicet in omnibus nactus maxime industrios, et ut fidelissimos ita felicissimos eruditissimosque, magnamque partem longe celeberrimos, HENRICVM SIVERS et CASPAREM RVETZIVM Cantores, CAROLVM HENRICVM LANGIVM A. M. et IOHANNEM FRIDERICVM BEHRENDT Subrectores, porro MARTINVM CHRISTIANVM GOELDELIVM A. M. et eundem LANGIVM Correctores, denique Rectorem IOHANNEM HENRICVM A. SEELEN, Theologiae Licentiatum, cuius immortalis viget fama et vigebit.

Horum arte, studio, dexteritate satis ad academiam praeparatus, et annos natus magis quam viginti et unum, ut scholam tandem cum inferiore commutaret superiore, Saeculi anno XLIV. cum primo vere se contulit Ienam, ibique Prorectore IOHANNE GODOFREDO TYMPIO ciuium numero academicorum insertus est. Disciplinis inde Logica Metaphysicaque licet iam antea Lubecae initiatus esset, minime abstinuit tamen, sed magis potius magisque se perficere contendit, ducibus in primis IOACHIMO GEOR-GIO DARIES et IOHANNE PETRO REVSCHO, quibus iisdem adiutoribus ius quoque naturae sibi notum reddidit philosophiamque moralem. Hinc Theologiae dogmata probatio remque aduersarios retundendi rationem et praecepta morum Christiana percepit a REVSCHO. Quibus rebus egregie simul inserviebant IOHANNIS GEORGII WALCHII et FRIDEMANNI ANDREAE ZÜLICHII in Symbolicos coetus Lutherani libros, maxime Augustanam Confessionem, scholae. Quoties autem hi Theologi, ut erat iustum, placita quaelibet ex fonte repetebant, tories haurire cum ipsis, quae requirebantur, haud omittebat, antea neimpe in Gymnasio patrio linguarum studio Graecae et Hebraicae ad eam rem eruditus. Exercitationis tantum augendae gratia TYMPII in omnes libros, quos continet Sacer Codex antiquior, cursoriis lectionibus, quae tertium in annum continuabantur, interfuit. In caeteris rebus, quas illo tempore attigit, Politica quoque doctrina erat, quam consultissimo tractauit SCHMIDIO duce. In historiam vero sanctorum rerum WALCHIO praeceptore bene se ac nauiter immersit, ac tanto poterat felicius hinc ENGAVIO, Ius illud Pontificium, quod Canonicum vocant, ut addisceret, operam dare. Sanctiorem quoque eloquentiam ut exerceceret, admodum idoneo magistro IOHANNE ERNESTO SCHBERTO vsus est. Rerum denique omnium, quas vel perceperat, vel exercuerat, vel quasi absorpsferat, meliorem cepit usum atque maiorem facilitatem sub REVSCHO suo, qui per aliquod tempus certum quandam numerum studiosorum in gyrum quasi coegerat, ut disputatore in omni scientiae genere exercitaret.

Ita quadriennio ipso in academia florentissima exacto eruditissimisque ac celeberrimis doctoribus auditis anno XLVIII. mense Maio patriam tandem repetiit Lubecam. Vbi CARPOVIO magno se ad studia sua diiudicanda speciminibus edendis, quam primum poterat, stitit et suam sollertia profectusque non poenitendos adeo probauit, ut statim in numerum reciperet facri ministerii candidatorum et publice concionandi facultatem adipisceretur.

Atque hinc per undecim et, quod excurrit, annos eam studuit vitae atque consuetudinis occupatio-nemque seruare rationem, quae non cernitur, aut solet, aut potest, a multis in illo rerum statu constitutis teneri. Neque nunc de habitis ab ipso frequentissime in vrbe et in vicinia concionibus loquor. Habuit omnino istas et, ut haberet, obstringi se obsequentissime passus est, maxime in Xenodochio ciuico, cuius a Sancta deducitur Anna denominatio, in quo tunc eorum pars erat, quorum publice verba facientium labor in orbem reddit. Habuit, inquam, sed et alii habuerunt. Neque innuo puerorum coetus haud exiguo ad illum numero confluentum, quibus elementa pietatis litterarumque tradendo inserviebat. Nam et alii inservierunt, qui rem vel esse tanti iudicabant, vel posse cum integritate mentis rectique conscientia confistere. Neque laudo, quia laudabile esse negat nemo, quod gratificari studuit multis, quod viris quibusque spectatissimis, liberalissimis, benignissimis cupuit se probari, quod exhibuit se patronis et amicis fidissimum, studiosissimum, deditissimum, quod praeterea nunquam se praetulit cuiquam, omnes ferre, deuincire, delinire solitus fuit, omnes cauit inimicitias, omnem prae se ferre sciuit animi integratam, pietatem, honestatem. Nam hisce vel virtutibus vel artibus etiam alii excellere visi sunt, qui non modestiam, humanitatem, suavitatem eius adaequabant. Hoc celebro et admiror, quod omni illo tempore subsidia non requisiuit a suis, verum iisdem praestare praeoptauit. In primis ei Mater erat cara, Soror erat cordi, quarum utriusque, si fieri potuisset, offerre quam plurima, quam auferre vel paucissima et minutissima, maluisset. Tanta iam illo tempore tamque bono ratiocinatore digna accuratio, tanta

frugac-

frugalifas, tanta pietas erat viri, quem omni tempore omnes mansuetissimarum laude virtutum consueui-  
giis madare paene omnium! Cernebatur in eius ore et oculis ipse candor expressus, in moribus anti-  
quitas, in affatu sinceritas, in verbis veritas et fides, in familiaritate hilaritas iucunditasque, in omni  
vitae parte benignitas, clementia, modestia, castitas.

Mirum erat multis, quod ille tam sero, minime mirum, quod aliquando, sacro muneri admo-  
nebatur. Accidit hoc tandem anno Saeculi LIX. posteaquam viuis erat electus HENRICVS SCHARBAV,  
A.M. Pastor Aegidianus, ministerii sacri Senior, vir eruditione meritisque multifariis magnus, quem  
a. d. XII. Iulii in locum ea morte & Collegarum successione vacuefactum Symmysta esset electus. Adscen-  
debat hinc euocato quoque ad superos IOHANNE MARTINO GOELDELIO, Pastore fidelissimo, a.  
LXXIX. ad Archidiaconi dignitatem. Denique, quum valedixerat eheu ante tempus mortalium rebus  
LUDOVICVS SVRHLIVS, A.M. Pastorque sacri gregis dignissimus vigilantissimusque a. LXXXII. successor  
eius et Aegidiani gregis Pastor constitutus est a. d. XXIX. Augusti.

Augebatur his rerum immutationibus ut labor eius, ita industria subinde et bene merendi assiduus  
ardor, quia nunquam a fide sua quidquam et agendi alacritate desiderari patiebatur. Quod inter haec  
placuerat ipsi tam diu vita caelebs, id plurimis, qui hoc non putarunt, inexspectatum accidisse videba-  
tur. Alii, nec iniuria fortasse, non nisi suorum caritatem in causa esse existimabant. Certe non prius  
Matre defuncta, Sorore viro iuncta honestissimo spectatissimoque, animum ad matrimonium ingrediendum  
appulit.

Factumque tandem est, suadentibus amicis, et summo Numine rem feliciter dirigente, vt a. LXXIX.  
a. d. II. Septembris domum duceret Virginem Nobilissimam et elegantia qualibet omnibusque sui sexus  
virtutibus ornatissimam, CATHARINAM AVGVSTAM BLANCKIAM, sacri gregis apud Schlucopenses  
Pastoris Olim longe meritissimi, MENONIS ALBERTI BLANCKII, Filiarum tertiam, quae hodie Mariti  
optimi properum excessum luctu lamentabili deflet. Cuius vt leniat vulnus ac sanet, soletur autem tristi-  
tiam et in gaudium aliquando consuertat DEVS optimus maximus, ex animo precamur!

Isto ex coniugio protes nulla, nisi vnica eademque mortua, orta est. Orta sunt autem genera  
quaecque alia suavitatum iucunditatumque, quibus quidem utinam nulla calamitas praeter eam, de qua  
dictum est, unquam oblitisset!

Placuit vero Numini supremo Virum optimum post pauculos ab incepto matrimonio annos misera-  
bilis modis vehementiusque, quam eloqui possumus, affligere. Nam in praecordiis primum et regione  
pulmonum ali uetus animaduersum est, immo viscera, cum angore vehementi summaque respirandi difficul-  
tate et aerumnoso dolore coniuncta. Deinde quum saepe puris fierent sponte sanguinisque reiectiones  
eulterque Chirurgi partim, vt lateribus applicarentur setacea, partim, vt fonticuli aperirentur, partim, vt  
alia corruptis humoribus via pateret, cutem non uno loco deberet incidere, corpus omne per vices modo  
vulneribus hiare, modo emplastris penitus obtagi et inuolui fasciis visum est. Quibus quidem rebus non  
semper imminuebantur mala, aut leniebantur, sed saepius multo proh dolor augebantur et exasperabantur,  
vt inde nec dies possent fere neque noctes nisi cruciatus inter continuos vehementissimosque traduci.  
Harum acerbitatuum horribilium flebiliumque tolerandarum quae potuit quaeſo esse ratio, quis exitus  
fuit? Hic praefat Medicum audire ordinarium, quam verbis adhibendis faciendisue tantummodo con-  
iecturis rem exsequiuntur.

Nam ista mecum beneuole communicauit Vir Nobilissimus et Experientissimus, HANS BERNHARDVS  
LUDOVICVS LEMBKE, Scientiae salutaris Doctor et Effector felicissimus, Archiater celeberrimus, quo  
moderante, quae a ministrantibus geni aut effici poterant, gesta sedulo et effecta sunt:

Fuit admodum reverendus Vir, sacri gregis Pastor SCHMIDIVS, fere ab ipso inde  
quadrivnio multis acerbitatibus et labefactatione corporis ex consilio magna que vi summi  
Numinis agitatus. Quas ille res, vt hominem decebat Christianum, fortissime atque  
constantissime, tantaque spe fretus, vt exemplo posset esse, pertulit, quum in hisce cala-  
mitatibus, hacque vi molestiarum beatus Vir, quae sui muneras erant, agere, indefesso  
studio paeneque ultra vires, pergeret. Hancque sedulitatem in exequendo munere coro-  
nauit postremo etiam finis. Quum enim Vir beatus proximo die festo Michaelis post  
meridiem vix eam in templo sedem occupasset suam, ubi excipienda erant de se confiten-  
tium verbu, protinus a sua, non insolita nimirum, Haemoptoe, tam vehementem passus  
insultum est, vt domum properandum duceret, ubi, profluvio sanguinis ingravescente,  
intra horulae quadrantem e suis cruciatis in aeterna gaudia, imperturbatae socia-  
quietis ineffabilisque gloriae, in quibus, quotquot vere digni sunt nomine Christiano,  
certissimam spem collocant solatiumque, transuectus est.

Ille igitur sublatuſ procul dubio, quae pie morientium est felicitas, ab Angelis et ab ipso Archangelo  
exceptus, ille subito elatus periculis altius omnibus et calamitatibus, ille desideriis, ille lacrimis, ille  
luctibus nostris, at multo magis tamen gratulationibus, ob eam, quae ipſi obtigit, sortem beatissimam,  
dignus est redditus.

Hoc cogitent quaeſo et expendant, hoc quotidie meditentur, hoc positum sibi ante oculos habeant  
semper intueanturque, quotquot vicem adhuc lugent suam, carissimo sibi capite erepto, VIDVA moestissima,  
Soror vnica et oppleti luctibus Agnati, Cognati, Affines, caeteri, habeantque persuasum, quam benignum  
in caelo Numen est, tam certo conditionem funestae Domus aliquando ac breui fore meliorem.

Quod superest, MAGNIFICOS REIPUBLICAE CONSULES, summe venerabilem reuerendos Cano-  
nicorum Ordini PRAEPOSITVM, generosissimum Eorundem DECANVM, summe reuerendum et excel-  
sentissimum Sacrorum PRAESVLEM, nobilissimos, prudentissimos, consultissimos et experientissimos  
Reipublicae SYNDICOS et Iurium scientiae Medicaeque DOCTORES, admodum reuerendos et praec-  
clarissimos, quos habet sacer Ordo, SENIOREM, PASTORES atque SYMMYSTAS, nobilissimos,  
generosum, prudentissimos et amplissimos Reipublicae SENATORES, PROTONOTARIUM ac SECRE-  
TARIOS, omnes denique, quibus cara est memoria DEFVNCTI, vt, quando humabuntur hodie Illius  
ossa, pompa funebre illuſtrare velint honorifica praesentia sua, reuerenter, enixe humaniterque rogo  
atque oro.

P. P. Ipſo exequiarum die IX. Octobris A. C. 10 CCLXXXVII.





elegerat, alter sororem in matrimonium duxit. Cereuisiae caeteroquin Auus iste coquendae tam feliciter operam dedit et tam eximie virtutis floruit fama et honestatis, ut nemini non ciuum carus esset ac templum etiam Aegidiani aedificiorum praeficeretur procreationi.

Auja Paterna, LVCIA RIEKE patrem coluit HENRICVM et auum nominis eiusdem, proauum vero HANS, id est IOANNEM, at matrem ANNAM KOLMETZIAM, auiam GERTRVDEM RVSSE, proauiam MARGARETAM.

Maternus Auus HENRICVS KAFEN Ciuium atque Mercatorum Lubecensium suo tempore non ultimus fuit.

Auja materna BARBARA ELISABETA inter caetera nituit gentis decora SCHVBARTAE.

Paterni generis Maioribus, de quibus haec tenus partim studio, partim obiter, dictum est, neminem possum addere, quia belli luctuosa infortunia memotiam delerunt Wolgastiensium rerum, ut omnino Pomeranarum, plurimarum. Sed licebit recensere saltem gentis aliquot auita nomina Maternae.

Inter genitores enim genitricesque stirpis Maternae fuerunt: Proauorum Proauiarumque primus NICOLAVS KAFEN, quem HENRICVM aliqui vocant, fecit autem nauiculariam, prima MARGARETA, cuius gentile nomen ignoro, secundus IEREMIAS SCHVBARTVS, Ciuium Lubecensium, qui pistoriariam tunc temporis artem cum priuilegio exercebant, maximus, secunda BARBARA STERNBERGIA, Abauorum inde Abauiarumque tertius GEORGIVS SCHVBARTVS, qui sub Saxonum Duce Richardsbrunnae, vbi Praefectura Principis nomine administratur, iudicali muneri praefuit, quartus IOANNES STERNBERGIVS, ciuis et aurifaber Lubecensis, quarta ELISABETA BROCKMANNA, ciue et auri fabro Lubecensi, LAURENTIO patre, ELISABETA, cuius ignoratur gens, matre nata.

Ipse priuatim domi sub aliquot magistris, qui putabantur idonei ad elementa prima pietatis litterarumque tradenda, aetatis primordia exegit. Anno autem Saeculi XXXV. aetatis XIII. in tertiam Gymnasii datus est classem, in qua per biennium, ut et in secunda, haesit, exinde vero in prima per quinquennium, doctores videlicet in omnibus nactus maxime industrios, et ut fidelissimos ita felicissimos eruditissimosque, magnamque partem longe celeberrimos, HENRICVM SIVERS et CASPAREM RVETZIVM Cantores, CAROLVM HENRICVM LANGIVM A. M. et IOANNEM FRIDERICVM BEHRENDT Subrectores, porro MARTINVM CHRISTIANVM GOELDELIVM A. M. et eundem LANGIVM Correctores, denique Rectorem IOANNEM HENRICVM A SELEN, Theologiae Licentiatum, cuius immortalis viget fama et vigebit.

Horum arte, studio, dexteritate satis ad academiam praeparatus, et annos natus magis quam viginti et unum, ut scholam tandem cum inferiore commutaret superiorem, Saeculi anno XLIV. cum primo vesce contulit Ienam, ibique Prorectore IOANNE GODOFREDO TYMPIO ciuium numero academicum insertus est. Disciplinis inde Logica Metaphysicaque licet iam antea Lubecae initiatus esset, minime abstinuit tamen, sed magis potius magisque se perficere contendit, ducibus in primis IOACHIMO GEOGIO DARIES et IOANNE PETRO REVSCHO, quibus iisdem adiutoribus ius quoque naturae notum reddidit philosophiamque moralem. Hinc Theologiae dogmata probatio remque aduersari retundendi rationem et pracepta morum Christiana percepit a REVSCHO. Quibus rebus egregie similes inseruiebant IOANNIS GEORGII WALCHII et FRIDEMANNI ANDREAE ZULICHII in Symbolico coetus Lutherani libros, maxime Augustanam Confessionem, scholae. Quoties autem hi Theologi, ut ei iustum, placita quaelibet ex fonte repetebant, toties haurire cum ipsis, quae requirebantur, haud ostebat, antea nempe in Gymnasio patrio linguarum studio Graecae et Hebraicae ad eam rem eruditus. Exercitationis tantum augendae gratia TYMPII in omnes libros, quos continet Sacer Codex antiqui cursoris lectionibus, quae tertium in annum continuabantur, interfuit. In caeteris rebus, quas in tempore attigit, Politica quoque doctrina erat, quam consultissimo tractauit SCHMIDIO duce. In his riam vero sanctiorum rerum WALCHIO praceptor bene se ac nauiter immersit, ac tanto poterat feliciter hinc ENGAVIO, Ius illud Pontificium, quod Canonicum vocant, ut addisceret, operam dae Sanctiorem quoque eloquentiam ut exerceceret, admodum idoneo magistro IOANNE ERNESTO SCHBERTO usus est. Rerum denique omnium, quas vel perceperat, vel exerceuerat, vel quasi absorpsit meliorem cepit usum atque maiorem facilitatem sub REVSCHO suo, qui per aliquod tempus certum quendam numerum studiosorum in gyrum quasi coegerat, ut disputatore in omni scientiae genere exercitata.

Ita quadriennio ipso in academia florentissima exacto eruditissimisque ac celeberrimis doctori auditis anno XLVIII. mense Maio patriam tandem repetiit Lubecam. Vbi CARPOZOVO magno se studia sua diiudicanda speciminibus edendis, quam primum poterat, stitit et suam sollertia profectus non poenitendos adeo probauit, ut statim in numerum recipereetur sacri ministerii candidatorum publice concionandi facultatem adipisceretur.

Atque hinc per undecim et, quod excurrit, annos eam studuit vitae atque consuetudinis occupata numque seruare rationem, quae non cernitur, aut solet, aut potest, a multis in illo rerum statu constatis teneri. Neque nunc de habitis ab ipso frequentissime in vrbe et in vicinia concionibus loquor. Haec omnino istas et, ut haberet, obstringi se obsequentissime passus est, maxime in Xenodochio ciuico, cui a Sancta deducitur Anna denominatio, in quo tunc eorum pars erat, quorum publice verba facientes labor in orbem reddit. Habuit, inquam, sed et alii habuerunt. Neque innuo puerorum coetus hic exiguo ad illum numero confluentum, quibus elementa pietatis litterarumque tradendo inferuierunt. Nam et alii inferuierunt, qui rem vel esse tanti iudicabant, vel posse cum integritate mentis rectique conscientia confistere. Neque laudo, quia laudabile esse negat nemo, quod gratificari studuit multis, quibusque spectatissimis, liberalissimis, benignissimis cupiit se probari, quod exhibuit se patroni amicis fidissimum, studiosissimum, deditissimum, quod praeterea nunquam se praetulit cuiquam, omnibus, deuincire, delinire solitus fuit, omnes cauit inimicitias, omnem prae se ferre sciuit animi ingratitatem, pietatem, honestatem. Nam hisce vel virtutibus vel artibus etiam alii excellere visi sunt, non modestiam, humanitatem, suavitatem eius adaequabant. Hoc celebro et admiror, quod omnibus tempore subsidia non requisiuit a suis, verum iisdem praestare praepoptauit. In primis ei Mater erat c. Soror erat cordi, quarum utriusque, si fieri potuisset, offerre quam plurima, quam auferre vel paucissima, minutissima, maluisset. Tanta iam illo tempore tamque bono ratiocinatore digna accuratio, fru-

